

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,
Quinctum fratrem

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Cornelivs Frangipaniv I. V. D. Aldo Mannuccio S. D.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770415)

CORNELIUS FRANGIPANIS

I. V. D.

Aldo Mannuccio S. D.

POSTULASTI, ut perdifficilem locum apud Cic. in his quae ad Atticum declararem; quo modo aequinoctium xvij. Kal. euenturum scribat; quoniam tunc temporis non eo progressum neq. ratione, neq. auctoritate ulla animaduertes. Iucunda fuit mihi sane postulatio tua: nam tibi viro eruditissimo, deq. litteraria re optime merito aliquando, quamuis pusilla in re, inferre ualuerim. Hunc locum perdifficilem esse aliorum interpretationes uariae, & inconstantes arguunt: ego uero, dum uetus Kalendarium retinendum absq. ulla restitutione temporum censerem; & annuam reuolutionem aequinoctium eliminare ad viij. Kal. Apriles, non solum praecedendo sedem suam, uerum aliquando postponendo probare per mathematicos nitebar; & cum importune flagitantibus, & obstinatis historias de hac re adducere nequuerim; hunc locum ut acquiescerent in medium ferebam: praeterea & Macrobius, qui Caesarem non mutilum annum aliqua omissione dierum constituisse, uerum superaddendo aequinoctij eliminationem substulisse testatur: sic apparenter propositum demonstrabam; annuamq. quantitatem maiorem quam Caesar adinuenit aliquando fuisse intelligebant; ut apud Aegyptios uere compertum est. & cum aduersantibus nullus aditus effugiendi pateret; contra Macrobius Solinum obijciebant, qui Caesarem, 21. dies non addidisse, uerum abstulisse scripsit; & Macrobius emendare, uel interpretari secus litteram laborabant: ego uero Dionem, & Censorinum cum Macrobio concordantes allegabam. ij. Ciceronis locum postea deprauatum contendebant; huiusq. opinionis assertorem patrem tuum afferebant; uel ex commentario Corradi M. Antonij sub nomine aequinoctij intelligi confirmabant; eo quod dies noctibus aequaret in luxu, & in facinoribus perpetrandis: & ego e contra, patrem tuum huius fictionis monstrauit contemptorem; & uerba in epistola, quae de M. Antonio nihil significarent, & incongrua ibi aliqua contra stylum Ciceronis fore cogebam confiteri. Quod uero non esset suspectus locus, contra patrem tuum adducebam argumentum ex Aristotele in Meteor. lib. 1. cap. 6. ubi inquit, sub Euclio Molonis filio crinitam apparuisse mense $\gamma\epsilon\mu\lambda\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$ tunc sole brumale signum obtinente; sed ordo huius est secundus a mense, quem uocant $\pi\omicron\sigma\tau\epsilon\iota\delta\epsilon\iota\omicron\varsigma$, quem Plutarchus in Caesare Ianuarium interpretatur; ergo tempus quo apparuit cometes ille, Februario; & si tunc in brumale tropicum sol reperiebatur, mense igitur Maij aequinoctium uernum incidisse necesse est. Haud aliter ex supra allegato loco Macrobij id confirmabatur, quia Caesar si aequinoctium in Martium transtulit additione septuaginta septem dierum, ergo in Maio antea uersabatur. sic ergo elicitur locum Ciceronis carere mendo. sordebunt igitur Turnebi, & Corradi commenta, suspicioq. patris tui, & uersutia Ioannis Baptistae Pij, qui tempus ab epistola abstulit, obliuiscuntur oportet. Verum, quemadmodum eo aequinoctium progredere, id esto, quod realiter conspici potest. Cicero annuam restitutionem Caesaris in hac epistola omisit; & ueterem anni computationem obseruabat, sicut in alijs etiam, ut ad Lentulum, ad Ligarium, ad Marium, & in plerisq. ad Atticum subscripsit. tunc uero annus usualis Romanorum erat Lunaris, qui naturaliter diebus 354 tantummodo constabat: hoc enim spatium ad amissim duodecim lunationes consiciebantur; Solaris uero circuitus undecim diebus illum super-

B b b b abundabat:

abundabat: ne igitur Sol omitti uideretur, quia & ab eo anni auspiciū esset accipiendum, neue in nothas stationes eius principium pererraret; prouisum est a Numa, ut scribit Macrobius, primum ut Ianuarius, Aprilis, Iunius, Sextilis, September, Nouember, Decembris uiginti nouem diebus constarent; Martius uero, Maius, Quintilis, & October dies unū, & triginta, possiderent; & Februarius uiginti octo: sic annus trecentis quinquaginta diebus censebatur, addito die numeri imparis religionē. Sed interim uagabatur aequinoctium; ut si aliquo anno incidebat in quintamdecimam Martij, altero per decem diem postponendo sedem priorem uigesima sexta succedebat; & sic deinceps alijs annis per totidem alios dies. Et, ne omnes menses aequinoctium ambiret, excogitata est restitutio in priora singulis 24 annis, quorū periodus potior uisa est etiam Ptolemaeo; sed restitutio erat auxilio trium intercalationum singulo octennio; nempe duobus prioribus nonaginta dierum, tertio autem tantummodo sexaginta sex; sic aequinoctium intra certos limites ferebatur, & dies huic negotio deputabatur post sextum Kal. Martij, quo celebrabantur Terminalia, quoniam ibi termini annualis putabantur: & quia aequinoctia fiebant in octauis partibus signorum, ut Plinius, Columella, & reliqui scripserunt, signum intelligebatur terminus post 23 Februarij, quare aequinoctium octo diebus post Terminalia euenire contingebat; si hunc computum facies, tempus quo Cicero epistolam illam scripsit fuit ultimus annus secundi octennij, terminus enim, qui ad sextum Kal. Martij restitui solebat, in 7 idus, idest in nonā diem Maij, incidebat, ita ut octo diebus elapsis, uidelicet xvj. Kal. Iunij, i. 17 Maij aequinoctium futurum erat; quare eo anno intercalatio secunda nonaginta dierum instabat. Cumq. omnes ij dies pro momento temporis obseruari Cato putauit, ut Celsus memorat, praesides, qui domi forisq. magistratus gerebant, quia ipsis praeerant diuturniores per ipsam intercalationem, quando eueniret, aliqui ob taedium ut citius dignitates deponerent, sacerdotes, & quibus id muneris erat, demandatum rogabant, ne intercalarent; & e cōtra alij amore lucri; ut publicani, & qui publica redimebant, quare ad libidinem potentiorum recta intercalatio deprauabatur, teste Suetonio, Macrobio, Censorino, & ipso Cicero; apud quem multoties de hac intercalatione desideria inuenies. Sed reliquum est scire, ut declaratur omnino epistola, cur apud antiquos mare ingredientes aequinoctium tamquam procellosum suspici consueuit. sed ea sufficere poterunt, quae scribit Aristoteles problema 28 sect. 26. cum aequinoctium, inquit, hiemis, atq. aestatis confinium sit, dum Sol nobis aequinoctium agit, aut iustum transgressus limitem regioni se dedit hibernae, accidit, ut uenti partis illius uernaculi spirent, quorum primus Africus est natura humidus; & cum Sol partem orbis terrarum hibernam perlustrat, statusq. regionis eiusdem mouet, euenit ut hiems suis fungatur muneribus; cuius generis imber est. Ad haec eum aequinoctium tamquam paribus examinatis uiribus hiemis, atq. aestatis constet, si alterutris quidquam additum sit, obitus momentum exsultabit conspicuum, ut in aequilibrio pondus lanci adiunctum alteri efficit. Ex his uidemus, quare Cicero iter ingressurus expectaret aequinoctium. Sed plura, & maiora in nostro Kalendario, si aliquando concedetur edi, legere poteris, quae ad priscorum temporum cognitionem conducent; cum omnes contrarietates de ijs dirimere, & obscura declarare contentiones omnium penitus auferendo omni ingenio laborauerim. Vale.

I N D E X
R E R V M . E T . V E R B O R V M
L O C V P L E T I S S I M V S

Quae in his Epistolis continentur



A	Me soluere se dicebant . 138	bito rem totam abijcere—trium phum 165	473
	a pedibus—pollex seruus a pedibus 190	abijcere scutum 397	accensus quo numero esse debeat 472
	abalienato animo. 9	abiecisse tua illa <i>ἔχταλόματα</i> . 143	accessio ad maximas aegritudines non maxima 294
abdera 111	abire—non posse . istaec sic abire 256	abijcta spes compositionis 209	accessio—ad paternas magnas & ueteres & iustas necessitudines magnam attulit accessionem tua uoluntas erga me 415
abdicare me tutela cogito 143	abiurare mihi certius est quam dependere 14	abire ipsum abrogatur, quo eam abrogari oporteat 85	accidere ad animum—Quod me uetas suspicari quidquam accidisse ad animum tuum, quo secus a me erga te commissum, aut praetermissum uideretur, geram tibi morem 53
abduco me ab omni reipub. cura, de doq. litteris 542	abstinere a se manus. 74	abstergebo omnem dolorem 510	accidente Clodio ad pedes omnium singulatim. 21
abduco parumper animum a molestijs 206	abstrusi me insulam densam & asperam 287	abstinere a Caesare liberalissimum decretum 406	accipio in bonam partem—illud non accipio in bonam partem, quod ad me refert 318
abducere animum a querellis 205	abundare consilio—agere consilio. 79	abundare consilio—agere consilio. 79	acceperat plagam odiosam 135
aberro—nihil equidem leuor, sed tamen aberro 306	abundare—cum ex reliquis quae nonis Apr. fecit abundare debeam cogor mutuari 383	abundare—cum ex reliquis quae nonis Apr. fecit abundare debeam cogor mutuari 383	accepi C. Herennium in senatu ut fo leo. 34
aberrare coniectura—uercor ne nihil coniectura aberrarem 377	abuti gloria patris ad adipiscendos honores paternos 441	abuti gloria patris ad adipiscendos honores paternos 441	accepi id in eam partem 186
aberrare—nullo alio modo aberrare a miseria possum 311	abuti perfidia sua ad alterius scelus 78	abuti perfidia sua ad alterius scelus 78	accepi magnum dolorem 242
aberratio a dolore 306	abuti potestate ad quaestum 472	abuti potestate ad quaestum 472	accepisti dolorem: amisti enim cui simile in terris nihil fuit 462
abest—nihil abest quin sim miserimus 361	academia—Cicero totam academiam ab hominibus nobilissimis abstulit 325	academia—Cicero totam academiam ab hominibus nobilissimis abstulit 325	accipiam dolorem mihi illum irasci 143
aberrant bidui—castra 131	academia nelatica 334	academia nelatica 334	accipies in bonam partem quod dicam 444
abesse a civilibus controuersijs uiro bono, & quieto, & bono cum maxime conuenit 232	academica ois quaestio libris quattuor absoluta 329	academica ois quaestio libris quattuor absoluta 329	accipiemus te hospitio agresti. 61
abhorret animus a scribendo 52	academica, quae Cicero in Catullo Lucullo, Hortensium contulerat, non cadebant in eas personas 329	academica, quae Cicero in Catullo Lucullo, Hortensium contulerat, non cadebant in eas personas 329	accipies hoc asperius 20
abhorret senectus a bellis civilibus 373	academiam <i>σύνταξι</i> totam ad Varronem traxit Cicero, a Catullo, Lucullo, Hortensio 327	academiam <i>σύνταξι</i> totam ad Varronem traxit Cicero, a Catullo, Lucullo, Hortensio 327	accepissent pecuniam ob iudicandum 31
abhorre— a meis consilijs ratio tua non abhorret 40	accessit desiderio nostro & labori tuo tertius annus 471	accessit desiderio nostro & labori tuo tertius annus 471	accipere aliquem in amicitiam 68
abhorre a suspitione—non abhorret a mea suspitione eius oratio 263	accessit hic mihi labor ad reliquos, ut omnes &c. 467	accessit hic mihi labor ad reliquos, ut omnes &c. 467	accipere beneficium in contumelia 385
abieci quod habebam in manibus 351	accedere ad aliquam condicionem 200	accedere ad aliquam condicionem 200	accipere calamitatem 76
abieci se ad generi pedes Cornificius 92	accensus apud Cn. Octavianum tacuit 200	accensus apud Cn. Octavianum tacuit 200	accipere dolorem 67
abiecerat consilium aedificandi. 128			accipere dolorem—minus accepissem doloris 251
abijciamus ista, & semiliberi salutem simus 340			accipere in bonam partem 253
abiecissim ei me libenter ad pedes 192			accipere res aliquas de aliquo mancipio, dolo malo 4
abijcere arma 231			accipere triumphum Ciceroni inuidiosum ad bonos non accipere, periculosum 189
abijcere uitam 82			accipi realius non potui 406
abijcere—quin nunc ipsum non du			